



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XCI. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder von Marwitz mit Hebungen zu  
Marwitz, am 24. März 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XCI. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder von Marwitz mit Gebungen zu Marwitz,  
am 24. März 1350.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus et presentibus conferimus strenuo viro et Hermanno et Henningo, fratribus de Marwitz, fidelibus nostris dilectis et eorum heredibus, quinque marcas cum dimidia annuorum reddituum, sitorum in precaria ville Marwitz, tenenda, possidenda et habenda tamdiu pacifice et quiete sine defalcacionis titulo quousque ipsi LV marcas argenti brand. dabimus, quas memoratus Henningus exposuit sese de suis captiuitatis nexibus exfoluendo. In cuius etc. Testes Bombrech, Dipoldus Hele, Ost et Gereke Wulff. Datum in frankenfurth, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup>, feria III<sup>a</sup>. ante festum pasce.

Aus Sachwitz'scher Abschrift. Die Urkunde hat in dem benutzten Copialbuche die Ueberschrift: Collacio facta fratribus de Marwitz in villa ibidem.

XCII. Markgraf Ludwig verschreibt den Juden über der Ober das Recht, fremde Juden bei sich aufzunehmen, am 6. April 1350.

Nos Ludowicus etc., Recognoscimus per presentes, quod omnibus et singulis judeis in terra nostra trans oderam residentibus talem prerogativam et gratiam dignum duximus facere presentibus specialem, quod omnes alios et singulos judeos de alienis partibus concurrentes colligere valeant et eorum societati, proinde ac si incole terre forent, dummodo alias honesti et probi existant et noti, meliore modo quo poterunt aggregare et pensionem nobis annuatim, qua nobis obligati sunt persolvere non dimittant, siue pauci fuerint siue multi, Nolentes eosdem per indebitam talliam a data presentium post vnus anni circulum alias aggruari preter de tali exactione et pensione, in quam nobis de jure antiquitus obligantur, et quod libere transire per terras nostras debeant sicut prius, Volentes, quod omnes debitores ipsorum ipsis satisfacere debeant sicut de jure tenentur et ad hoc omnes advocatos nostros . . . . . seriofius exhortamur districte mandantes, ne permittant dictos judeos a quoquaque in ipsorum iuribus defraudari. Quicumque vero contra predictam gratiam nostram fecerit, se nouerit nostram indignacionem grauiter incursum. In cuius etc. Datum frankenfurth, Anno L<sup>o</sup>., feria III<sup>a</sup>. post qualimodogeniti.

Aus Didmann's handschriftlicher Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek fol. 142.